

אֲבִיכָה מְגַדּוֹלֵי וִשְׁرָאֵל וְאֶפְעַמְתָה עַרְתָה פִי שְׁכַתּוֹב בְּשַׁבָּעָה
אָוּמָרָתָ לְאֵת תְּתַחַתָּן בָּם אָמְרוּ כִי רְחֵב וּבֵית אָבִיה
נְכָרִים הֵיו בָּאָרֶץ וְלֹא הֵyo מִשְׁבָּעָה גְּנוּים וְיִשְׁמַר מֵשָׁוֹר
כִי כַּשְׁנַכְנָסְיוֹ מְרַגְלִים שְׁשָׁלָת יְהוֹשֻׁעַ בִּירְיוֹתָן נְתַגְיוֹתָן
וְעַדְיוֹן לְאֵת נְכָנָסְיוֹ יִשְׁרָאֵל לְאָרֶץ וְכֵלָה זֹה לְמַיְשָׁרָם
כִי כְתֵי לְאֵת תְּתַחַתָּן בָּם בְּגִוָּתָן כְּתִיב *Prostat etiam expositio, quod Iosua Rachabam in uxorem duxerit, quod voce in vita conservavit, indicari putant. Posteaquam enim viderunt, quod Iosua duxerit Rachabam, adhaeserunt familiae patris ejus quidam ex precipuis Israëlitarum. Et quamvis scriptum sit de septem gentibus: Non matrimonium contrahas cum ipsis: Respondent tamen: Rachabam familiamque ejus fuisse peregrinam in terra illa, & non pertinuisse ad septem gentes illas. Sunt etiam alii, qui dicunt, quod eo tempore, quo exploratores ingressi sunt terram, ea proselyta facta sit, quo tempore Israëlitæ nondum ingressi erant terram. Et haec omnia dicunt in gratiam ejus, qui objicit scriptum esse, non matrimonium contrahas cum ipsis sc. gentibus. Idem legimus in libro Iudæis in fol. 10. a. רְחֵב שְׁנַשָּׁאָה יְהוֹשֻׁעַ לְאַחִירָתָה מִד' עַמִּים R.achab, quam duxii Iosua, non fuit de septem gentibus. Sed respondeamus in certis Judæorum traditionibus parum fidei esse tribuendum. Antiquior enim Matthæi traditio plus fidei meretur. Sufficit nobis, Judæos fateri, Rachabam cuidam Israëlitarum principi nupsisse licet in persona erraverint. Nec chronologia obstat, si cum Torniello & Salmerone ap. Corn. a Lapide ad Cap. VI, 25. Jos. ponamus, Salmonem & Rachabam juvenes fuisse sub ingressum in terram Canaan; Boozum quoque Obedum & Isai senes genuisse, quod illo tempore mirum non erat, uti ex exemplis Abrahami, Moses, Calebipater. Intercedere etiam potuit extraordinaria benedictio in majoribus illis Christi prole ditandis, ut illi charactere quodam extraordinario designarentur. vid. Spanhem. Dubia 3.p.14.*

§. VIII.

Aliud dubium movet *Pontianus* loco supra citato, DEum Deut. XXIII, 2. prohibuisse, ne Mamseres h. e. spurii in Ecclesiam Domini ingrediantur, h. e. ne populo Judaico accenseantur, usque ad decimam generationem. Quia vero negari non potest, Rachabæ filiis